



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

1. De grauitate peccatoru[m] ex parte Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

De Peccatis.

MEDITATIO I.

De gravitate peccatorum ex parte
Dei.

1. **C**ONSIDERA Peccatum secundum B. Augustinum, esse dictum factum, vel concupitum contra legem Dei, hoc est, prauaricationē diuinae mandatorū.
2. expende, quantum malum sit, & idcirco summo studio cauendum quatuor de causis. Primo quia Deo maximè ex summo. *Odio est Deo impius*, ait Propheta. *Et impietas eius* 2. quia expiari non potuit nisi sanguine filij Dei 3. quia ex diabolo est, & diabolo acceptissimum. *Qui enim peccatum facit*, ait B. Ioannes *ex diabolo est*, quoniam ab initio diabolus peccat. 4. quia nihil æquè homini noxium.
3. **C**ONSIDERA, vnde constet Deo esse exosum, nempe ex grauissimis quibus illud castigauit, pœnis, primo in angelis, deinde in hominibus. In angelis quidem, quos

PEC
quos vna
se: omni
creatione
vnam sup
pares di
ad reter
carcerem
ibi agant
facere,
possunt,
ciate, r
diuina,
omnem
odio in U
dentes,
homines
nique B.
ratur, f
sint, secu
Co
bus Deu
mniū
sua mar
terraru
gratia
felicita
omniū
carat: h

quos vna cum principe Lucifero, cum esse omnibus naturæ & gratiæ donis in sua creatione ornati, Deoque gratissimi, ob vnam superbam animi cogitationē, quasi pares diuino numini esse vellent, de cælo ad reteritimum obscurissimumq; inferni carcerem deturbauit. 2. Considera, quid tibi agant. Nimirum, nec quicquam boni facere, nec quicquam mali omittere tibi possunt, perpetuo dolentes de amissa felicitate, tum naturali, qua beati fuere, tum diuina, qua esse potuerunt, desperantes omnem respiscendi facultatem, furentes odio in Deum, sibi g aues, nobis inuidentes, & omnibus fraudibus ac insidijs homines sanctos circumuenientes, ac denique flammæ sempiternas, quibus aduruntur, sed non consumantur, vbicunque sint, secum deferentes.

Considera quomodo in hominibus Deus illud castigat. Et primo in omnium hominum principe Adamo, quē sua manu formarat, cui imperium orbis terrarum detulerat, quē plurimis naturæ gratiæq; dotibus locupletarat, cui æternā felicitatē promiserat, & in paradyso loco omnium totius mundi pulcherrimo collocarat: huic enim vna cū coniuge sua, ob de-

cerptum

cerptum è medio paradisi contra manda-
 tum Domini pomum de repente omnibus
 gratiæ opibus exutum eiecit, è summa fe-
 licitate ad summas misérias, ad laborem
 manuum, ad sudorem vultus, & quod cogi-
 tantem reddat attonitum, totam cum
 eo posteritatem, id est, omnes homines,
 qui sunt, fuerunt, & futuri sunt vsque ad
 mundi finem. Nam omnes huius seculi &
 futuri ærumnæ, vt peccatum originale, &
 alia, morbi, paupertas, fames, bella, & da-
 mnatio æterna ex illo solo Ade lapsu, pro-
 dierunt. Cõsidera quam grauiter subinde
 de variis seculis alia quædam peccata in
 hominibus castigari; nam tempore Legi-
 naturæ & Noe totum mundum perdidit
 diluuiò, Sodomam & Gomorham igne &
 sulphure. Tèpore vero legis scripta mur-
 mur Dathan & Abiron, inobedienciam,
 Saulis, & Dauid adulterium Acin noua,
 mendacium Ananiæ & Sapphyre, notum
Act. 5. est, quã duriter puniuerit, & puniat quo-
 tidie vel in vno peccato mortali dece-
 dentes in hac vita, nempe æter-
 nis inferni flam-
 mis.